

Die 27 Junii

SANCTÆ HEMMÆ

Viduæ, fundatricis Ecclesiæ Gurcensis.

Duplex I. classis.

(Pro ceteris Austriæ Dioec. dupl. minus.)

Omnia de Communi non
Virginum præter ea, quæ hic
habentur propria.

In I Vesperis

Capit. Prov. 31, 10—11

Mulierem fortem quis,
invéniet? Procul et
de últimis fínibus prætium
ejus Confídit in ea cor
viri sui, et spóliis non
indigébit.

H y m n u s

Christi sequáces páu-
peris
Adéste: Christi glóriæ
Opes sacráre spléndidas
Suétam canámus fémi-
nam.

Dies recúrrit cándida,
Qua sese in astra púrior,

Acérba post discrimina,
Hemmæ recépit spíritus.

Viro supérstes óptimo,
Diréque cæso filio,
Opíma quæque amplís-
simæ

Domus dicárat Númini.

Hinc mente curis nóxiis
Sic expedita, in córpore
Dure subácto gaúdiis
Frui beátis cœperat.

Cum quod petébat pér-
pete

Cordis geméntis ímpetu,
Illáta cælo céntuplex
Cepit labórum præmium.

Quo sustulisti dívitem
Virtútis auctor féminam,
Ejus rogátu téndere
Fac nos per arctam sé-
mitam.

